Jacobus Facciolatus Th. Sigefr. Bayero

1682 + 1769 D.

Habes in Gottschedio summum laudum tuarum praeconem ac testem locupletissimum: nec vero quisquam non te vehementer amabit, qui eum semel loquentem audierit. quamquam et nihil dicet amplius, quam te sibi amicitia coniunctum esse, satis tibi ab omnibus benevolentiae conciliarit. Etenim vir est huiusmodi, qui et iudicare recte possit, et velit. Neminem adhuc Germanum vidi, qui aut doctrinae copia et varietate, aut morum suavitate et elegantia cum illo comparari possit. Id vero mihi praemirum in eius ingenio visum est, quod et gravissimis mathematicarum disciplinarum studiis sufficere possit, et in his tamen politioribus

litteris, quas ego ἀγεωμέτρητος nostras di-
cere Deo, potuisse. Is est ex paucis illis,
quos aequus amavit Jupiter. Neque vero
hoc dico, ut laudem tuam omnem ex Ami-
ci laudibus efflorescere putem. Notum est
in litteris nomen Bayeri, notum hominis
politissimi ingenium, nota multiplex atq
recondita eruditio. Itaq vel ob hanc cau-
sam Goldbachii nomen singulari pro observan-
tia colam, quod me non solum tibi, sed
etiam tot adiungere voluerit. Sed tum de-
mum perspicies me ex animo dicere, cum
fidem et operam meam tuis litteris exer-
cere coeperis. Aliquid in hac urbe valeo
unquam, siquid in reliqua Italia (va-
lebo autem semper admodum parum) at-
tamen quidquid valebo, valebo tibi. Si me
lenitatem hanc nostram non contemnes

840.

2 549

facies idem denuo aliquid conjectando, ut per studia et officia prodire possit, seq tibi ut ipsa probare. Vale.

Prid. Kal. Decembr. MDCCXX. Patavio.

550. 2

A Monsieur
Monf. Bauer ~~Docteur et~~
~~Professeur~~
a Conigsberg